

sationis misteriorum dei commissa est. maxime etiam si dignitate ali  
 qua sibi uel sapientia predicti uidentur, tertio etiam aetatis legit  
 mum & maturum tempus ostendit. his qui omne tempus atque om  
 nem aetatem uel ad sacerdotium uel ad docendum opportunum  
 putant. Ihs ad baptismum uenit. & a iohanne baptizatur. nemo  
 dissimulet baptismum. nemo contempnet. nemo certe predicator  
 ribus fidei & dispensatoribus gratia ad non se cum omni humili  
 tate & ueneratione subiciat, obserua tamen & tu qui praes. quod  
 triginta annorum erat ihs. sine dubio autem & iohannis amplius  
 aliquid agebat aetatis. & tu antequam adolescas. antequam genas  
 uestias barbis. iam docere uis. & hoc senis. & magister fieri. ante  
 quam discipulus cupis. quod dicitur est quia ideo leue & facile  
 putas. quia id per te uisignoras. continuo namque ab his talibus danihel  
 ad exemplum proferatur. puer prophetans. & alios atque alios me  
 morant. De quibus tale aliquid in iuuentute gestum scripturae  
 historia refert & mille exempla parata habentur in lingua. para  
 tiores enim semper & meditati ueniunt. huiusmodi ordinem ali  
 quid & leges cupiunt obtinere. Sed non continuo legem ecclesiarum  
 dedit. si semel aliquando aut raro aliquid tale factum est. quomodo  
 quidem neque si una alicubi hirundo uideatur. ueris continuo tem  
 pus adduxit. aut si qui unam gramen sciat. geometres continuo lu  
 dicandus est. aut si quis semel mare in hieme transeat. continuo  
 etiam nauigandi tempus ad hiemem transferretur. uerum  
 iohannis baptizat. & accedit ihs. sanctificans quidem & ipsum qui  
 baptizat. praecipue tamen ut & ueterem adam in sepeliat aquis.  
 & ante omnia ut per haec sanctificentur. & aquae iordanis. ut sicut erat  
 spiritus & caro. Ita & his qui baptizandi erant in spiritu & aqua sanctificati  
 onis successio traderetur. sed baptista non suscipit. ego inquit  
 opus habeo a te baptizari. lucerna dicit ad solem. & uox lo  
 quitur ad uerbum. amicus sponsi ad sponsum. is qui inter